



In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955. Luchier.

Nr. Bo. 2.

Q. D. B. V.

46  
av. 42  
43

# OBSERVATIONES CRITICÆ

AD

## ORACULUM ESAJANUM

Cap. LII. 13 – LIII. fin.

EX ANTIQUIS MAXIME VERSIONIBUS.

---

PORTIONEM PRIMAM

AUSPICIIS DIVINIS

PRÆSIDE

PHILIPPO JACOBO MÜLLER

THEOL. PROF. PUBL. ORD. CAP. THOM. CANON.

AD. D. XXV. SEPTEMBRIS MDCCCLXXXII.

SOLENNITER DEFENDET

H. L. Q. C.

av.

JOHANNES HENRICUS BIERLE

ARGENTORATENSIS.

---

ARGENTORATI

Type Joh. Henrici Heitzii, Universitatis Typographi.

GERMANTONIS CRITICA

DISCERNIMENTUM ESTATEM

ET TERRITORIIS

EX ANTIGONIS MUXIIS AERIUSINIBUS

PORTUNORVM PRAECEPS

AUSPICIOS DIVINIS

ET CETERIS

SCHIFFO AGOONI MULIER

THESEI PROL. LXXXVII. ET. T. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

EX O. ET. S. SCHIFFARIA. MDCCCLXVII.

COLLECTOR. DEDICAT

ET. C. C. C. C.

JOHANNES HENRICUS BIRRLA

GRANVILLE. LONDON.

1750. 1750. 1750.

1750. 1750. 1750. 1750. 1750.

**O**RATIO  
CENTENARIIS  
ILLUSTRI  
MUNIFICENTIÆ  
OTTONIANÆ  
DISPENSATORUM  
COLLEGIO  
VIRKS  
DE RE PUBLICA, SACRA, LITERARIA  
IMMORTALITER MERITIS.

VIRO  
GENEROSISSIMO  
MAXIMEQUE STRENUO  
PHILIPPO FRIDERICO  
L. B. DE BERCKHEIM  
DYNASTÆ IN SCHOPPENWEYHER,  
JEBSHAIM, INLENHEIM  
&c. &c.  
BONARUM LITERARUM CULTORI, FAUTORI  
SUO SUORUMQUE STUDIORUM NUTRICIO  
DISSERTATIONEM HANC THEOLOGICAM  
PIA VENERABUNDA MENTE  
SACRARE  
TANTISQUE PATRONIS  
SESE COMMENDARE VOLUIT  
JOHANNES HENRICUS BIERLE.



**D**e celebratissimo oraculo Esajano, quod Mef-  
siæ humilem gloriosamque conditionem præ-  
cinit, uberioris propediem commentaturi, ope-  
re aliquod pretium facturi nobis videbamur,  
si criticas quasdam grammaticasque disquisitiones, quas anti-  
quarum versionum accuratiō per vestigatio suppeditavit, pro-  
dromi instar p̄miserimus. Duplicem sane fructum ex ista-  
rum versionum collatione dextre instituta capiendum recte  
laudent prudentiores quique Sacrae Criseos & Philologiae He-  
braicæ statores: primum, quod earum ope atque admonitu  
felicissime haud raro constituantur locorum in textu Masore-  
tico depravatorum vera lectio, farciaturque membrorum in  
libris maxime poëticis disturbata hinc inde series; deinde quod  
vocabulorum phrasumque Hebraicarum significationes recon-  
ditiores his potissimum magistris discantur. Est enim, uti post  
*Illustr. MICHAELIS a) luculenter docuit Cl. FISCHERUS b)*  
in sacris prisci instrumenti voluminibus vocum formularum-

a) In laudatissimo libello, Be-  
urtheitung der Mittel die ausge-  
führbene Hebräische Sprache zu  
verstehen.

b) In plenissimis exquisitioris Phi-  
logiaē libellis Academicis de LXX  
interpretibus literarum Hebrai-  
carum magistris.

A

que haud exiguus numerus a ceterioris ævi interpretibus literam vel Etymologiam prementibus obscure & ambigue redditarum, quarum veram vim melius calluerunt homines, illi etati, qua vivo usu Hebraicus sermo vigebat, propiores, quibusve etiam vernacula erat fororia aliqua Orientis dialectus. Itaque docere nos, etiam ubi a vero fontium sensu aberrant, possunt; Lexicisque optimo jure inferendas nobis prouiniant dictiōnum Hebraicarum potestates, tum primigenias Palæstinæ usu minus tritas & in vicinis dialectis magis frequentatas, tum variis tropis a proprietate deflexas, utut illæ iis locis minime convenientia quibus illas supina s̄epe istorum interpretum negligentia adaptat. Ejus igitur generis expositiones, quæ a probabili scriptorum sacrorum mente alienissimæ prima fronte videntur, studiose observari, colligi, ad cognatarum Dialectorum usum exigi, cum Hebrei codicis locis parallelis conferri apprime expedīt. Hujuscemodi obseruationum cum largior fere in illis pericopis seges esse soleat, quæ vel ob ipsam argumenti retrusio rem indeolem vel ob imaginum insolentiorum dictiōnisque figuræ felicem audientiam vel ob stysi sententiosi concisam sublimitatem majorem objecerunt antiquis interpretibus in linguas, genio & universa forma dissimillimas transferendi difficultatem, mirum non est, in nostro oraculo idem ipsis usu venisse. Periculum faciendum hinc putavimus, an tenui nostra symbola non nihil opis tum ad elucidandum hoc insigne vaticinium, tum ad illustrandas Hebraicæ Philologiae aliquas partes afferri posset. Me hora doceri a peritoribus harum rerum arbitris, &c., ubi la-psi sumus, in rectum tramitem reduci gestiemus.

## CAP. LII.

V. 13. לִשְׁבָּר A.Q. & SYMM. ἐπιτημονιθέσια consummata (rerum divinarum) scientia prædictus erit, vel: Scientia instruētus prædicabitur, scientiæ fama florebit: sic μάκαρος

γένος, ἀδαιμονία apud Græcos de felicitatis opinione dicitur. Ceterum in simili emphasi & verbum οὐρῆι quo LXX. hic utuntur, intelligi posse, patet ex usu derivati οὐρῆι Ephel III. 4.

LXX. ὁ παῖς μου. Antiqua latina versio ap. SABASTIER: puer meus, ex prisco vocis apud Rōmanos usū Græcis quoque trito, quo servus puer vocatur. Jam cum Moses ἐξόχως servus Dei audiat, & paulo ante prænunciata liberatio eum egrefsu ex Aegypto esset comparata, ecce, ait Jehova, eminentior Moses alter. Prona hinc suspicio, D. Petrum huc respexisse, cum Act. III. 13. confluenti populo diceret: θεὸς ἐστὸς τὸν παῖδα αὐτῆς ἵνα ὑμεῖς ἴρπετε. (Vid. infra ad σημ. & בָּבֶה) cf. VII. 35. In eadem oratione idem Apostolus, postquam Cap. cit. v. 22. locum Deut. XVIII. 15. excitaverat, de sifendo Propheta Mosi simili, v. 26. subiicit: ὃντιν πρῶτον ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτῆς ἵνα. Atque vix mihi temporo, quin ad hoc comma allusum quoque existimem Act. IV. 27. ubi Apostoli, procerum in Jefum & ejus doctrinam rabiem experti, Deoque supplicantes, συνίκθονται γὰρ, inquit, ἵνα ἀληθεῖας (καὶ pro λόγῳ vel ἀκνή possumus) εἰσὶ τὸν ἄγιον (venerandum νεῦρον) παῖδα σε ἵνα. (scilicet componunt cum Ps. II. 2.) ὁ ἔχοντας (legerunt, vel interpres fecutus est Lucas, qui pro מְשֻׁמָּדָה & intelligeret cum ellipsis) Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος παῖδας (ἀγένεις, nimirum ρωνύμ & מְלָכִים Ps. II. 2. πονstro commate vid. v. 26.) σὺν ἔθνοις καὶ λαοῖς ἴρπατε (גַּוּם). Cl. MATTHÆI e cod. suo d. lectionis varietatem memoratu dignam profert; rejicit ille verba ἵνα ἀληθεῖας post παῖδα σε. Forsan igitur a primo proxime ista formula juncta fuit verbis ὁ ἔχοντας, atque sic exactius Esajæ ordo & series redderetur. Ceterum diversas ab Alexandrino & Hexaplarius interpretibus five Græcas ἐνθόσιες in Palæstina tum per vulgatas, five versiones a se ad Hebraicum ἀγχίστων factas Apostolos, qui Palæstinam natale solum habuerunt, esse se

autos, vix dubitabit, qui repetitam a Petro I Ep. II. 22-25. oraculi nostri partem cum Hebraico contulerit.

נְשָׁא גַּבָּהּ LXX. *scilicet exaltata*. Utrum נְשָׁא an גַּבָּהּ exprimere voluerint, dubium est. A.Q. SYMM. THEOD. tertium addunt μετανομασθεναι quod ad גַּבָּהּ liquido pertinet. Videntur existimasse, hujus verbi vim eo pertinere, ut modo laudata servi Dei exquisitissima intelligentia ex intimiore cum Numine commercio futura esse intelligatur: *Sublimis rapietur* (quod ipsum exprimere voluisse VULGATUS videtur) & sublimiora discipline suae mysteria post raptum illum pandet c), qui Eliae quoque illum assimilabit; quemadmodum uterque, ad Messiac instar aliquid, a popularibus & proceribus gentis sue despiciatui habitus & indignissimis modis vexatus devotum pro populi fui contumacis salute caput fuit. Qui hic גַּבָּר legit KENNICOTTI codex ex margine quodam forsan transtulit: sensus foret: *triumphum aget, plena victoria potietur*. cf. Exod. XVII. 22. Dan. IX, 27. ubi verto: & confederati *victores reddent populi principes*. Poffet tamen etiam verbi notio ad illam נְשָׁא modo memoratam proprius adaptari, si quis Angelum Gabrielem ex Chaldaismi usu a participatione secretiorum divinorum consiliorum denominatum & גַּבָּהּ de oraculo per Urim & Thummim prolatu usurpatum cogitet.

יְרוֹם וְנְשָׁא וְגַּבָּהּ מֶלֶךְ Non allusiones tantum quas in fronte gerunt haec verba, prius ad Abrami (Patris excelsi) nomen, posterius ad Mosis officium, quo populum נְשָׁא i. e. divina oracula ad eum pertulit, leges divino instinctu authenticę interpretatus est & judicia exercuit. Num. XI; coll. Hof. XIII. 1. 2 Reg. IX. 25. ultimum autem גַּבָּהּ ad raptus Prophetarum visionesque ecclasticas, sed ipsa quoque interna rerum argumenta, habitusque, quos integrum vaticinium præfert, consideratio locum fecerunt priscae illi traditioni,

e) Luculentum hujus notionis ve- 11. ubi לְמַעַלָּה interpreta-  
ligum præbet Targum. Esaj VII. tur; videatur tibi signum in calo.

quam e scholis Prophetarum, quoad summam quidem, derivatam existimo, (cf. ERNESTI *diff. de Origene*) & quæ extat in TANCHUMA citante JALKUT SIMEONI part. 2. fol. 53. 3. secundum quam ex horum verborum reconditiore mente extolleatur Rex *Messias ultra Abrahamum*, & elevabitur ultra *Mosèn & sublimis erit pra Angelis ministerialibus* בָּמְלָאָכָר שֶׁרֶת. Repetita est illa in Berechit Rabba ad Cap. XXVIII. 10. & ad scripturæ dicta *Genes. XIV. 22. Num. XI. 20. & Ezech. I. 18.* accommodata. GRABIUS in notis ad *Spicilegium Patrum* Tom. I. p. 365. hanc dicti Esajani Exegetis summatione complecti ait quod prolixius docet Scriptor *Epistola ad Hebreos*, ubi Cap. I. eminentiam Christi super Angelos, quos itidem a ministrando denominat, demonstrat; Cap. III. prærogativam Christi præ Mose ostendit; Cap. VII. eundem in typo Melchisedec superiorum Abrahamo (addo, & per consequentiam Leviticis Sacerdotibus) facit. Ad eandem formulam argumentum illius Epistolæ detexi existimat SCHOETTGENIUS *Hor. Hebr.* p. 905. non citato Grabio, quem si confoluisset, scripturus forte non erat, Apostolum traditionem illam ita inflexisse, ut Abrahami loco Aaronem substitueret. Potius eum secutum crediderim filum traditionis ejusdem in *Jalkut Chadasch* fol. 144. 2. sic expresse: *Messias Major est Patriarchis, Mosè & Angelis ministerii*, quas præminentias Cap. I. eodem ordine v. 2. 3. 4. summatim indicat, dehinc vero retrogrado ordine demonstrat. Atque hoc ipso distributionis conspectu inducor ut 1) verba *Ebr. I. 2. ὅτι με κληγόντες πάντων* signato magis ad istam præ Patriarchis præcelentiam respectu intelligam de primogeniture juribus in Melchiam plenissime translatis, quibus quidem & regia, & facerdotalis & prophetica dignitas Patriarcharum ætate annexa erat, atque 2) ex eodem tenore idealium sequentia σὶ εἰ νὰ τὰς αἱρῶντας ἐποιῶντας, vel cum ellipsi τὰς εἶναι interpretanda censem: *a quo antiquioris religionis antifides pendere jussit*, vel absque ista ellipsi, cui antiqui orbis (f. priscæ econo-

mitre Patriarchalis) doctores subordinavit cf. de hoc usu  
præpos. *Sic Rom. III. 27. IV. 13. VIII. 37. XI. 36.*  
*z Cor. VIII. 6. z Cor. IV. 5.* & de usu vocis *αιῶνες* simili  
*Ephes. II. 7. III. 9. 11. d) Hebr. XI. 3.* ubi τὸς αἰῶνες

d) Αἰών & αἰῶνες de remotissimo tempore præterito & futuro perinde ac Hebraica שָׁמַן & שָׁמָנִים adicuntur proprie, transferuntur autem tum ad antiquissimum orbem, tum alia metonymia ad antiquioris orbis c. avi homines. Jam cum Hebrei religionis cultusque divini institutionem perinde ac politiæ constitutionem sub creationis specie cogitare confuevissent hinc alias mundi alias creature nomine ipsa designabantur societates ipsæ tum religiose tum politicæ, atque hinc ad modo memorata metonymia inflat, homines iisdem adscripti vel eisdem regentes, (unde toties in N. T. homines dominantibus religionibus, Judicæ & Paganæ, adicti earumque statores κόσμοι vocantur. Certe αἰώνες si uspiam, personæ sunt rem religiosam administrantes Ephes. III 9. 11. ubi, meo quidem, alibi forsan latius confirmingo iudicio αἰώνες ἐν τῷ Θεῷ sunt religionis antistites ejus temporis, quo Deus ipse Theocratici regiminis gubernacula tenuit, iisque luculenter opponuntur iis, qui in Christocratis summae rei sacræ præfunt; etenim ex disjunctionis lege testimandas duco formulas τὸν μηδέγητον ἀποκαρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων v. 9. & κατὰ πρόθετον τῶν αἰώνων, v. 11, atque hanc posteriorem ita intelligendam, quasi esset προ-

redermis vel προτετυπούμενος δὲ τοῦ αἰώνου οὗ ἐπίσταντο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Mysterii quod absconditum erat vel obscurius traditum antiqui orbis antistitis Deo soli subordinatis propagandum autem illis αἰώνιοι quos Deus Christo capiti subordinavit (των αἰώνων ἐπὶ pro eo quod est Ebr. I. 1. δι γέ των αἰώνων cf. III. 2.) ut adeo κατὰ hic vim habeat præfixi infinitivo juncti. Quod vero ex loco parallelo Col. I. 26. huic interpretationi opponi posset infra ad vocem πρῶτον diluemus. Judæos Graeco sermones utentes jam ante Gnosticos αἰώνας vocasse Naturas intelligentes, sublimiorem disciplinam & potestatem eminentiores a Deo derivatam habentes, inde mihi probable fit, quod Orientis usu jam tritum reperirent radicem עֵלֶם obfignavit ad arcanam Sapientiam in derivatis plusculis transferre. Sic Deut. XVIII. 61. וְהַיְלֵם רְאֵלֶם prægnantem verbi significatum agnoscendum puto & vertendum: varii generis plagas scripto jure non intentatas ex arcana quasi criminali disciplina tibi infligent. הַעֲלָמָה pro arcana sapientia Job. XXVIII. 11. & XI. 6. Habac. III. 6. וְהַיְכֹוֹת עֵלֶם לוֹ viderint perit an verti possit; vel: qui (colles) ipsi fuerant secessus secretiores, (sumta ellipsi) אֲשֶׁר & coll. Cant. II. 11. vel: qui secessus so-

significatum habere debet, qui v. 2. memoratis προσευχήσεσθαι (qui sine dubio sunt vel Patriarchæ ipsi vel patriarchalis avi homines) respondet, cuius commatis itaque sensum, aliter ac vulgo fit, facta constructione, ita informo: *νοέμεν* intelligimus (dicta ac facta Patriarcharum ex suis causis aestimantes) τοὺς αἰώνας πατρῷοις Patriarchas confirmatos (sive quod prætulerim, doctos, ad religionis disciplinam informatos esse. cf. loca apud Tromm. ubi Græci per καλαγρίσιν reddunt Hebraicum Καὶ & Gal. VI. 1. 2 Cor. XIII. 9. Luc. VI. 40. Ephes. IV. 12.) μάντης θεὸς oraculis s. alloquis divinis πιστεῖς τὸ τὰ βλεπόμενα μὴ γενόντας ἐν φανομένων eo quod firma fides persuasum haberent, ea quæ visui ipsorum [in apparitionibus & ostentis miraculosis] objicerentur, non contingere ad legem s. ex formula extantiorum naturæ eventuum. De isto usu præpos. *ἐν* vid. Joh. VII. 34. VIII. 44. XV. 29. Matth. XII. 37. & quæ in indice Demostheniano congefit REISKE loca, ubi *ἐν* significat secundum tenorem. De vi verbī *σαινεῖσθαι* vid. Matth. IX. 33. φανόμενα pro φανέσθαι posuit & DEMOSTHENES pro Corona p. 303. ed. REISKE; en igitur in hoc versu summam ejus demonstrationis, quæ Messiam in typo Melchizedeci Patriarchali sacerdotio præfuisse docet, quemadmodum 3) qua majestate Mosi præcellat, verlum 3. *ἐν συνόψει* tra-

*litarios præbebant sapientiae do-  
ctoribus, arcana discipline statu-  
ribus ), ut ita hujus commatis  
claustro respondeat postremi com-  
matis 4 verbis: וְשָׁמֶן חֲבוֹן עַזָּה וְשָׁמֶן חֲבוֹן עַזָּה  
ibi arcana ejus oracula. Huc cer-  
te tendere videtur CHALDEUS ver-  
tens: רִירָה גְּבוּרָה עַלְמָא qui ha-  
bet oracula antiqui orbis; cf. BUX-  
TORF. Lex. Chald. p. 18c. Denique  
Arabibus non tantum radicem ipsum  
in exquisitiore scientia designanda  
teri sed abstracta etiam nomina  
תְּעֻלָּמָה וְעַרְאָמָה*

virum admodum doctum & sa-  
pientem denotare vel GOLIUS do-  
cebit. Ephes. II. 2. Hieronymus  
jam τὸν αἰῶνα concrete de substan-  
tia spirituali intellexit. Cæterum  
ad eundem pene sensum revolvi  
eos qui Hebr. I. 3. sive mundi sive  
Ecclesiæ ætates & revolutiones in-  
telligunt, perspiciet, opinor, qui  
expenderit quæ in h. I. a BRAU-  
NIO in Selectis Sacris p. 145. OÉ-  
DERO in Erkl. schwer. Stell. H.S.  
p. 238. & in centur. conjectur. p.  
434. & ESTIO sunt prolata,

dere existimo, ita quidem, ut prius membrum Messiam dicat exhibere in ipsissima veritate (v) illud praesentis Jehovae symbolum in Schechina conspicuum, cuius leviter saltem reflexam imaginem Moses in splendente facie gesserit; alterum autem membrum Messiam dicat, non, quemadmodum Moses legibus divinis populo omni interpretandis oraculisque Dei perferendis imperare se professus est, senioresque Deo annuente in ihsius provinciae confortium adscivit, divisam habere cum aliis supremam docendi potestatem, sed ipsum suapte auctoritate oracula divina (אָנָּה שׁוֹמֵדְךָ ex usu Hebraici וְשָׁמַמְךָ vid. Ps. CXXXII. 8. LXVIII. 29.) proferre (ex usu Hebr. נִשְׁאָן supra memorato) eundemque, non ut Moses Aaronis ministerio, peccata populi expiasset, sed si εἰσῆι. i. e. ex dignitate sua personæ propria neminique obnoxia omnem ab ipso pontificatum esse abrogatum, idque eo dedisse demonstratum, quod ad dextram Majestatis in caelis confederit.

V. 14. קַנְשֵׁר שֶׁמֶן עַלְךָ LXX. ἐν τῷ πόστῳ ἐντοποῖται ἡ οὐ στ. TH. ἐν τρόπῳ ἐπενθετον SYR. אֲנָךְ דְּנַחֲחָה, quod Interpr. Lat. in Polygl. vertit. ut demirentur VULG. obstupuerunt super te. Si verbum שֶׁמֶן pro eo, quem Arabum dialectus ostendit, usu de his proprie usurpat qui siderati, praesertim veneno afflati subito rigescunt, stupent, in promptu est linguarum perito in quam varias fides secundarias illa notio migrare potuerit. Sic ubi semel ad stuporem five venerabundum, five indignabundum, five luctui proprium transitum erat, vastitatis etiam & solitudinis potestas verbo proclivi flexu accreverat, gradus facile est ad illum usum factus, quo Hebreis שֶׁמֶן de eo dicitur, qui *solitarie agit*, fecesse fatione facta scilicet & partibus alicuius desertis, ruptis saltem arctioris commercii vinculis, unde uxor שָׁוֹמֵת, res suas sibi habens, a cuius congressu maritus polygamus abstinet, alteri, qua בְּעֵלָה dicitur, addictus. LXX. εἴη μὲν . Esa. LIV. 2. & Dan. IX, 26. אַצְוֹתָה vel שָׁוֹמֵות sub per civi-  
tates

ates vel provincias rebelles exposuerim, atque sic שׁוֹפֵט v. 27. rebellionis dux & auctor, שׁוֹמֵם perduellionis affectator eset. Hanc itaque verbi secundariam potestatem secutus videtur Græcus interpres uterque supra memoratus. Alexandrinus enim ἐνέργοντα eodem sine dubio sensu posuit, quo hæc vox in novi etiam fœderis tabulis occurrit, *Autor VIII.* 8. 9. *Marc. III.*, 21. Vicina etiam vocis potestas est 2 Cor. V. 13. ubi τὸ ἔνσημα τῷ σωφρονεῖν, modeſte de ſe loqui oppoſitum, eft: ſe efferre, a turba quaſi gregaria fecedere. Nec abludit inde verbi θαυμάζειν, quo Theodotion שׁמְמָן reddit, uſus in ſacris. *Marc. XII.*, 27. ὡθαύμασσαν ἐπί αὐτῷ eft: vel, indignabundi ab ejus commercio abstinuerunt, contrariis ſe ſtudiis duci teſtati ſunt; vel: tanquam hominem insipientis ſapienție conſultum, contemſerunt. Hoc ſensu in puriore etiam Græcitatem haud infrequentis verbi uſus, obſervatus HENR. STEPH. *Theſ. T. I.* c. 1513, conſirmandus inſuper ex *Marc. VI.* 6. ὡθάυματος (ſcil. ἐπί αὐτοῖς) Σιδ. την ὀνταται αὐτῶν, abstinuit (a Synagoga Nazaretanorum) vel, ſeceſſionem fecit (a religioſis illorum conuentibus;) propter hominum iſtorum incredulas mentes, circumjacentes adeo potius vicos docendo obiit. *Luc. XXIV.* 42. ἐπι δαρεῖτων αὐτῶν καὶ θαυμάζοντων, cum adhuc in contrariam ſententiam, in adverſas partes propenderent. Cf. *Act. II.*, 7. coll. 12. & *Jerem. VIII.*, 21. ubi nomen שׁמְמָה LXX. vertunt per ἀποցλα, quæ Græcis eft ſtatus animi anceps vel conſiliī inops. Hinc etiam θαυμάζειν dicitur, qui zelo corriptur & invidoſe in alterum eft adfectus. *Job. XVII.*, 8. שׁמְמָה cum לְבִי e parallelō permutari videas cum לְבִי רַחֲשָׂר zelo corripi adverſus. cf. *Ezech. XXVIII.*, 29. Hinc anſa etiam porrecta illi hujus verbi uſui, quo ſarcasmos & contumelias jacere in eum, qui ab adverſis partibus ſtat, denotat. Cujusmodi vim exſertam deprehendimus *Ezech. XXVII.* 35. *Job. XXI.*, 5. Sic etiam græcum θαυμάζω *Joh. III.*, 7. Non enim abſque ani- mo ad deriſionem composito Nicodemus antea Chriſto regef-

ferat. Is igitur μὴ θάνατον ὅτι εἶσαι, apte respondet: *Noli dicla mea ad ironiam trahere.* Ad veram igitur vim Ebraismi proxime accessit LUTHERUS vertens שְׁמָם עַל sich an eipem ergern. Jam cum, qui alienos ab alicuius causa animos habent, Ebrais dicantur in illum impingere, atque iesiusmodi offendiculum כָּשֵׁל Græcis πλώτης & πλώμα vocetur, admodum probabile mihi fit, Simeonem in Esijanum hoc digitum intendisse, cum diceret *Luc. II, 34.* ἔτος κέντρου οὐ πλότων τελείωσαν πολλὰν ἐν τῷ ισραὴλ. Etenim & ἀνδράσσον ibi non esse resurrectionem sed insurrectionem, (si ita Latine loqui fas est, *Aufstand*) ex iis quæ sequuntur planissime mihi quidem videtur intelligi. Cum enim verbum ἀναστᾶτι insurgendi notione palam fumatur *Marc. III, 26.* quidni & nomini eadem potestas accrescat, ubi contextus fuadet? Cf. *Act. V, 36.* & *Hebr. XI, 35.* ubi ἐξ ἀναστάσεως jungo cum γυναικεῖς (ad instar formulæ οἱ ἐπιφοροῦνται) & verbo: *feminæ quæ* (temporibus Antiochi Epiphanius) *insurgentium partibus* sejse adjunxerant, fuos filios trucidatos, (cervicibus appensoes) acceperunt (vel pendulos portarunt ex usu verbi λαρυγάνειν, *Matth. VIII, 27.*) Respxit nimirum Scriptor ad *i Macc. I, 62.* Subsequens ἄλλος δὲ & ἔτερος δὲ monet, ut uno hic halitu memoratos & per sua genera distributos fidei heroas ad idem tempus Epiphanicæ persecutionis pertinere existimemus. CHALDAEUS, qui ceteroquin mirifice hic turbat & torquet, aliquid tamen fecutus videtur, cum verteret רְסִבָּרו לְיִהְיֶה, *expectarunt illum* (fingit ellipsis נָשָׂר). Nisi ille eo significatu adhibuit, quo Chaldaeis est: *opinionibus distrahere aliquid aut aliquem*, disputare in utramque partem, (vid. BUXTORF Lex. Chald. Talm. p. 1427.) qui quidem ad postremam nostri שְׁמָם notionem proxime accederet; respexit forsitan ad notionem primo loco memoratam, quod animi stuporem transferri etiam posse existimavit ad arrectam spem anxiāmque expectationem.

רְסִבָּרו CHALD. hic supplet diebus, de suo nimirum.

Ceterum conspirant hic Græci Interpretæ cum Chald. & Syr. in reddenda hac voce, illi per πολλοι, πολλος, hi per סְנוּאָן An Orientales de numeri magnitudine cogitaverint, dubitare possit, qui meminerit, נָרָא illis etiam esse: *augustus*, *amplius*, *grandis*; quin *Genes. IV.* רֹאשׁ in Targum verti per אֲנָפָה. Similiter Græci in vertendo literam pressius quidem secuti, tamen magnatum, procerum, magistrorum, antistitutum sive Ecclesiastica sive civilis politiæ vocabulo πολλοι ad-junxit, haud abs re existimetur, cum ab hebraizantibus Nov. Test. scriptoribus idem factitatum fuisse deprehendamus. Sic in loco Luæ, proxime citato πολλος εν τῷ ἵσχειν esse prin-cipes sive doctores populi, fors ipsa, quam expertus est Ser-vator noster, & quam ipsi destinata esse Simeon dicit, (εἰ-τη cf. 2 *Thef. III. 3.*) luculenter docet; *Marc. VI. 2.* uti-que si vera lectio est οι πολλοι de Synagogæ Nazaretanæ anti-stitibus intellexerim. Alibi Hebraicum רַבִּים per πλεονας ef-ferunt, antistitutum vel præfectorum notione retenta. *Act. XIX. 32.* 2 *Cor. II. 6.* *Phil. I. 24. c)*

**לָרֶא** SYR. & CHALD. legunt עליון quibuscum etiam MS. quoddam Vulgati exemplar consentire affirmat LOWTH ad h. l. ad stipulantibus duobus Codd. ap. KENNICOTTUM & Re-giomontano quidem ex emendatione. Qui spreta hac anti-quissimorum exemplarium auctoritate lectionem Masoreti-cam tenendam volunt, ut ut illa orationem per Verba & Suf-fixa tertiaræ personæ decurrentem impedire videatur, illi vero vel sic eandem defendant, ut usitata Prophetis personarum commutatione a Jehova inde a v. 7. loquente subito ad præ-

e) Cæterum Hebr. 9. **רַבִּים** & **רַבִּים** 9. *Jerem. XXIX. 14.* de his dici, qui vel imperii fasti- 9. *XXXV. 9.* *Jerem. XXIX. 14.* XLI. 1. Quin & ubi cum גָּדוּלָה vel gio vel dignitate civili aque ac fa-cra auctoritate, doctrina eminent, liquet ex 2 *Reg. XXXV. 8.* *Ez. I. 8.* *Dan. I. 3.* *Jon. I. 6.* *Nehem. VII. 2.* *Nah. I. 12.* *Job. XXXII. 27.* *LXXXIX. 51.* *Ezechiel. XXXIX. 27.*

monstratum suum servum orationem dirigi dicunt, (ita KOPPIUS) vel sic, ut ad populum, quem Jehova v. 10. allocutus fuerat, oratio conversa & Judæorum abjecta & contemplata inter gentes conditio cum Messiae simili fato comparata intelligatur, (ita DÖDERLEIN). Ait prior Apostrophes ratio duriuscula, si quidem sequens vel utrumque vel posterius faltem pro ~~אַתָּה מֶלֶךְ~~ particula ad **כִּי** relata habeatur. Personas enim in protasis & apodosi commutatas Propheticæ & Poëticæ filio solenne esse, vereor ut idoneis exemplis probetur. Sensit igitur hanc difficultatem Alexandrinus, qui secundam personam in sequenti faltem membro retinuit, vertens **רְבָּעָתָה** & **וְנֵצֶחֶת**, non quod **מֶרְאָה** & **תְּהִרְאָה** in suo exemplo legerit, sed orationem, opinor, suo ex ingenio farciens. Posterior ratio, ne jam dicam, quod ad **רְבָּעָתָה** suppleri exigat **גְּבוּרָה**, universo orationis consilio & scena instructæ tenori parum, meo quidem sensu, congruit. Tertia supererat Maforetice lectionis afferendæ ratio hæc, ut ille præconum faustissimi nuncii chorus v. 7. introductus, Jehovahm alloqui sumatur in hanc fere sententiam: quemadmodum olim, cum Mosen mitteres ad populum ex Ægyptiaca servitute liberandum, factum est, ut adversus Te primores Iraëlis insurgerent, ita & tunc fiet. Cum igitur ita constituta protasis concinentem requirat in apodosi formulæ potissimum **וְנֵצֶחֶת** interpretationem, liquido pronunciare tum demum licebit, ubi illa causa erit perorata & universæ periodi habitus curatus expensus.

**CHALD.** non legit, vel quod mihi probabilius videatur, legit **כִּי**. Præfixum enim **כִּי** in **תְּהִרְאָה** quod Int. lat. per qui vertit, vim conjunctionis *quod* habere potest. Atque sic antiquo teste non prorsus careret Illustr. MICHAELIS, qui huic lectioni fautorem se profitetur. (*Orient. Biblioth. Append. T. XIV. p. 166.*) Deficit vocula prorsus in unico Cod. Kennic, & unicus habet **כִּי** qua si vera esset lectio, præfixum

signaret dicterium a servi Dei æmulis jactum. Vid. infr. ad v. 6. & 7.

LXX מְשֻׁרָתָה. Legerunt vel יִשְׁחַתּוּ vel, quod verisimiliter, mutatis tantum punctis SYR. מְחַבֵּל ta-befactus eandem sine dubio lectionem fecutus. CHALD. חַשְׁךְ obscurus, ignobilis; notabilis cum Alexandrino confensu. AUGUSTIN. de C. D. L. XVIII. c. 29. gloria privabitur מְשֻׁחָתָה quod habet Kennic. Cod. 612. esset a יִשְׁחַת form. part. Hopk. conspurcata vel conspurcatum, quam vocabuli formam ad sequens מְרֹאָת accommodaturus Cod. Kennic. 91. emendator litteras superna adfecit rasura. Sin expuncto etiam מְנֻן sed legere jussit; non quidem sententia textui apta, qua esset: discessit, abstinuit ab honoratioribus; perinde ac infra LIII. v. 3. וְדָל אִישׁ, sed auctoritas ad nos superest eum destitueret.

Pessime hic habitus a Latino suo interprete CHALDEUS. En Paraphraſta verba: וְרֹהֶה הַשְׁׁרָבִין עַמְּמִיא que ille reddit: qui erat pauper inter populos; cum deberet: quia erat ignobilissimus inter populos terræ: i. e. imperitos, idiotas, scil. paganos. Vid. BUXTORF. Lex. Chald. Talm. p. 1626. coll. p. 76. scilicet cum איש citerioris ævi Judæis is audiat, cuius nomen proferre vel præ contemtu, vel tanquam omne plenum sinistro verentur, existimo, Paraphraſten cum semel integrum sententiam ad domum Israëlis detorſisset, vocem ita voluisse intelligi, ut, suppleto sequente אֲרָם & collective sumto singulari, notionem, quam Chaldaei & Rabbini Chaldaizantes cum עַמְּמִיא subintellec̄to חַרְצָרָר conjungere folent, substitueret & preſixo ב vim prepos. intertribueret, qua pollet 1 Sam. XV. 33. Dan. I. 19. Si quis tamen malit mentem hominis hypothesi fervientis & verba Prophetæ equuleo imponentis ita explicare, ut ille intellexisse censeatur præ unoquoque (sub. populo) non magnopere equidem refrager.

Disjunctionis hujus virorum & filiorum מְאַשְׁבָנִי אָדָם

B 3

hominis propriam vim veterum interpretum nullus expressit  
 signatae. LXX. prius ἀρχόντες, posterius ὑπάρχοντες vertunt;  
**VULGATUS** inter viros & inter filios hominum. Similiter SYR.  
 Literæ servitudem & hic serviant, quanquam alibi passim pre-  
 ccellentem sive potentiam, sive sapientiam, sive sapientiam,  
 peritiamque vocabulo ψήφισμα connotatam exprimunt. Recentio-  
 res Interpretes plerosque in agnoscenda hic oppositione in-  
 ter honoratores & plebejos, sive inter sapientiores & idio-  
 tas Hebraicam consuetudinem sequi, vel ex SCHULZII Lexi-  
 co Coccejano voce פָּנִים disci potest. Cæterum an prisco usu  
 Græcorum Judæorum invaluerit, ut, quem sacræ literæ שְׁמָן  
 vocant simpliciter אֲלֹהִים, subauditio Θεοῦ, voca-  
 rent, quod Hebraicam consuetudinem in usurpando שְׁמָן hoc  
 preeire existimarent, adjuncta Magistri, sive religionum an-  
 tifitatis notione, tenuerint ad eodum hunc morem N. T. scri-  
 ptores atque in his maxime Paulus, ut coetum tum Judæo-  
 rum, tum Christianorum doctores אֲלֹהִים vocarent, (quod ex  
 i Cor. III. 21. coll. v. 20. IV. 1. VII. 1. 26. ubi vid.  
 SEMLER admodum fit probabile) & וְיַעֲשֵׂה τὸν אֲלֹהִים Eph.  
 III. 5. & אֲלֹהִים κατὰ eruditionem Rabbinicam; an vero  
 potiore usu אֲלֹהִים simpliciter sit inferioris ordinis doctor,  
 &, pro re nata, gregarius sacerdos, vel etiam, ubi correlatu-  
 m postulat, is, quem Laicum vocat Ecclesiastica consuetu-  
 do; ut adeo illud Paulo familiarē κατ' אֲלֹהִים λέγειν fit vel  
 ad captum Laicorum, plebeiorum בְּנֵי אֹרֶם institutionem de-  
 mitttere, vel popularium doctorum more loqui, idemque  
 Apostolus i Cor. IV. 1. quo loco & numero vel apud inferio-  
 ris ordinis doctores vel apud gregarios Christianæ disciplinæ  
 alumnos haberi velit, edicat, atque, ad eandem vim ab ad-  
 versario quodam Judæo vel judaizante Christiano tracta for-  
 mule Ps. VIII. 5. potestate, scriptor Epistolæ ad  
 Hebreos II. 9. objectioni respondens ostendat, vel ex hac ipsa  
 interpretatione isti Psalmis effato veritatem constitisse, cum  
 Jesus aliquantis per religionis Judaicæ antifitibus subiectum

se gereret fastigium suum post mortem demuni capessiturus palam; ex vero quæstiones ampliora desiderant spatia.

CHALD. novum hic membrum inchoat: paraphrasin ejus ita reddo: *quorum* (populorum: Ellipsis) relativi hic agnoscitur *visiones & splendor humanam habent originem.*

V. 15. ס Omittunt SYR. & VULG. Uterque ejus loco legisse videtur נָהָר vel נָהָרָה. Si VULGATUS hic sius esset, poterat existimari, in Alexandrino per correctionem pro נָהָר legisse נָהָרָה; ast quoniam consentientem habet SYRUM, haud vana suboritur suspicio, priscam etatem non caruisse exemplaribus, quæ haberent נָהָר: quæ quidem lectio præter paronomasiæ acumen sensum commodum præberet, si vel MÜNSTERI expositiō verbi נָהָר faciet de se loqui adoptaretur, vel sumto significatu a rad. נָהָר ducto effervesce faciet, concitat, integra sententia pro sommate adverbariorum servi Dei acciperetur. Paronomasiæ autem acumen in eo cerneretur, quod Exod. XXXII, 2. Moses eminenter nomine נָהָר designatus legitur (perinde ac Pythagoras, forsan ex Aegyptiorum more, vel ex affectata jam ab ipsis obrectatibus paronomasia, vel quod antiquissimo jam ævo ita vocarentur homines oraculorum divinorum interpretes habiti; non enim vana esset suspicio, fratres Josephi dicentes Genes. XXXVII, 19. נָהָר כִּי hoc voluisse: num (hic somniorum interpres) divinatorem aditus est?

Cæterum si supra citata Simeonis verba hunc textum respicerent, proclivis admodum esset conjectura, virum divino Spiritu actum, cum superioribus verbis adderet: *nuī sic conuicōnūt avtīzōdōmūvū: vel interpretatum esse קְנַתְשֹׁחַת* Quippe סֵן est a נָהָר, quod proprie est: *loco aptare, basi imponere,* hinc *in aprico locare, & firmare, firmiter constituere,* & cum in vero firmitas cogiteatur, in derivatis ad veritatis nationem transitum est. Ejaj. II, 2. & Mich. IV, 2. a LXX. optime redditur נָהָר נָכָן דָּר, in aprico erit mons,

notione ibi etiam passim adscendenda, ubi vel Alexandrini & N. T. Scriptores aliis vocibus usi sunt: e. g. *Psi. XCIVII*, 2. **מִכְנָאֵת צְדָקָה** *justitia* (vel *vera doctrina*) & *aquitas* *sunt in loco lucido solii ejus*, i. e. caliginose illius nubis, qua pro folio utitur; vel ubi iidem Hebraica verbi **רַבָּה** isto sensu usurpati Synonyma per ἐπομένων exponunt, veluti *z Cor. II, 9.*  
 ἀπόμενον δὲ Θεὸς τοῖς ἀγαθῶν αὐτὸν. Quippe hæc verba ex *Ezra. LXIV*, 3. ducta, sed liberius ad Apostoli institutum translata Prophetæ fententiam exhibere, ita demum, opinor, intelligi datur, si postrema tertii commatis verba **רַבָּה עֲשָׂה לְמִרְכָּה** *qui cum eo, quem fiducia addidum habet, familiariter versetur*, cf. *Ruth II, 29.* & priora commatis 4. **פָּגָע אָתָּה שֶׁ וְעַשָּׂה זָקָן** *vertas: conspiciendum te prebuisti* (i. e. revelationes imperativisti) *iis qui justitiae cum alacritate dediti sunt;* en **ἀδι-  
πάντες Σεῦ**, en **υἱού** (de cuius potestate infra uberioris) per ἐπομένων redditum. Atque sic ἡμῖν δε δὲ Θεὸς αποκάλυψε pro præcedentis membris **ἰεραρχίᾳ** erit habendum. *Luc. II, 30.* verto: *quam* (salutem, seu: quem Salvatorem) *omnibus gentibus jam in aprico ponis, ut sit lux &c.* Neque etiam *huc referre dubito z Tim. II, 21.* *εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐπο-  
μασμένος.* *ad præstantiora quæque munera institutus, perspicua institutione instruētus.* Itaque **רַבָּה** denotare potest quodcumque *ἐμφανής*. *I. conspectui publico expositum tanquam eminens;* atque hinc non minus quam ab usu vocis **Γάν** Græco vocabulo notionem *publici doctoris* accrescere potuisse existimaverim, quam ei *Luc. XI, 30.* vindicat Ven. LESSIUS (*vermischt. Schriften*, P. I. p. 172.) Jam cum **שְׁרָה** & **הַשְׁׁרָה** Hebræis de iis dicatur, qui leges, pacta, foedera rescindunt, vel legitimam auctoritatem exauktorant, (cf. *Prov. XXIII, 8. Exod. XXXII, 7. Deut. XXXII, 5.*) intelligitur, quomodo interpres proprietatis Hebraice vestigia legens **רַבָּה** per *σημεῖον ὀντιλεγόμενον* reddere potuerit, quasi tu diceres: *Propheta dignitate sua* (per seditiones nimirum) *expulsus*

*expulsus.* Quin etiam alius datur voculae פָּנָס adspectus, sub quo liberior interpres per σημ. ἀντίλ. reddere poterat. Scilicet in Piel est: permutatis rerum nominibus *sive blandius sive durius loqui*; vid. Job. XXXII, 21. unde Rabbinis בְּנֵי est, quod Græci ἀντίλογον dicunt. Itaque non absconum prorsus erat existimare, Prophetam servi Dei obrectatores inducere duorum nominum Mosis antiphraſtice detorsione eundem fugillantes, nomen מֶשְׁחִית & מֶשְׁחִית in בְּנֵי mutando, atque sic σημ. ἀντίλ. effet: *nomen in oppositum sensum deflexum.* Non tamen diffitear, formulæ פָּנָס significatum nominis antiphraſtice positi constare posse, si & illam verbi בְּנֵי potestatem cogites, qua notat *in alienum locum dirigere.* Gen. XXXVIII, 9. hinc: *in alienum sensum fleclere*, & hinc demum: *rescidere, irritum reddere.* cf. Gen. VI, 12. & Prov. XXIII, 8. æquo jure vertas: & *in deteriorem sensum flecleres* verba tua suavia, ac redditur: & rescindes: vel reddidisse saltem פָּנָס per σημάν & per ἀντίλογον, (quasi diceret περὶ τὸν ἀντίλογον) diversa judicia expressisse, quæ v. 14. & 15. personæ a Propheta inductæ, de seruo Dei proferuntur); ut adeo hac voce non Esaiæ aliquam singularem dictionem reddiderit Simeon, sed integrorum commatum 14. & 15. Cap. LII. argumentum designaverit, quorum illud honorificas amicorum, hoc contumeliosas adversariorum de servo Dei voces ex ejus mente contineat: *vel ἀντίλογον*, quasi effet φῶν ἀντίλογον, *vel ὁ ἀντίλογος*, ea potestate cepit, quæ ab illa proprius abeft, quam a Paulo Rom. X, 21. videmus expressam, ubi is verba Esaj. LXV, 2. רַבָּע אֶל עַם סְרֹרָא ad populum rebellem cum Alexandrino reddit πρὸς λαῖν αἰσθε-

f) ἀντίλογος enim de reciprocato per vicem loquentium disputationum sermoni dici postea vix dubitabit, qui vel ex BUDÆO & HENR. STEPHANO didicerit ἀντίλογον Græcis esse pugnacem con-

tentionem, ἀνταγόνους. Sic DE MOSTHENI in λόγῳ πρὸς Βοιωτῶν πρὸς προὺς μητρὸς T. II. p. 1018. Ed. REISKE, ἀναδοχα liquido est quod nos vocamus: *Wortwechsel.* sel.

*Σέβια καὶ ἀριστεροῖς, nec non a JUDA, qui Ep. v. 22. seditionem Korachi ἀριστερῶν vocat, quo sensu eandem vocem & Scriptor Ep. ad Hebr. XII, 3. usurpat ad oraculi nostri partem, quæ Cap. LIII, 2. 3. & 8. 9. habetur, probabilius collimans, ut alibi ostendemus: hac autem sumta hypothesi Simeon censendus esset reddere prioris commatis 15. verba קְרָה (significat rad. קְרַח ex usu Arabum aestimato, quibus קְרָה media ze est: *dissidium vel pugnam concitare, ad factiones instigare*) subauditio relativo נִשְׁרָא. Timidius aliam in medium profero conjecturam, quæ mihi hæc Simeonis verba meditanti & cum Esajanis conferenti oblata est. Is post verba adhuc expensa, oratione ad Mariam conversa, καὶ σὲ δὲ αὐτῆς (inquit) τὴν φυχὴν διελέγεται ιουφατα. Quid si ad Esajanum LII. 15. respexit, atque רַבִּים vel interpretatus est, jaculantes, *vel*, quod probabilius, B. Virginem proceres populi per dilogiam five ἀπλάκων sub specie jaculatorum cogitare jussit, eam premonens, fore ut isti Servatoris insectatores fuarum calumniarum & vexationum spicula in ipsam quoque vibrent; atque id futurum esse addit: ὅπερ εἰ (perinde ac ἡμεῖς est interdum quando, quo tempore cf. Act. III, 20.) ἀποκαλύψεων ἐν πολλῶν καρδίων διελόγησε; palam proferentur ex animis procerum *רַבִּים contra ria studia*, five obreclantium & defendantium altercationes, Esaj. LIII. dramatice expositæ. Stet cadavre hæc divinatio peritorum arbitrio. Mihi certe alia quæpiam horum verborum explicatio nondum satisfecit.*

רְכָה וְרְכָא SYRUS vertit per particip. Radix רְכָא. Radix רְכָה & רְכָן in origine de actione five contundentis, five spargentis in minutæ partes usurpatur g), unde ad respergendi æque ac ad dispergendi in diversas partes notionem transiri potuit h).

g) Quæ proprietas in derivato & Job. VI, 9. ubi רְכָא in mem. planissime conspicitur, quod bro parallelo cum וְכָעֵד in min. XCIII, 3. de ductibus in ta frustula concidet permutatur. i minutum rorem sparsis adhibetur. h) Quæ posterior notio apta vi-

quemadmodum etiam, ubi contusionis notio prævalet, non semper redactio in minutus partes, sed is etiam effectus spectatur, quo aliquid vehementer illisum diffilit & in diversas partes distrahitur i.). Quamnam igitur verbi significationem spectaverit Syrus, quanquam dubitabile videri queat, tamen frequentior illius dialecti usus verbum hoc in *purificandi*, *luſfrandi* atque adeo *expiandi* usu terit. Jam cum Radix נָתַן a simili origine alias dederit propagines, ita quidem, ut a primitiva *spargendi* potestate manaret *dispergendi*, dehinc *distrahendi in partes* notio, intelligitur quare, ubi conspergendi propria vis retenta est, subjectum adspersum cum נְתָנָה construatur, subintellecta sparsionis materia, & quare in nostri textus formula יְהוָה גָּזִים favente Philologia hebræa respersionem tropicam, sive in docendo, sive in expiando illa constituantur k), hujus loci alienam existimaverint interpres non indocti & quare adeo CHALDAEUS, vertens בְּרוֹר de victoriis Messia quibus gentes idolis deditas *disperget*, cogitare potuerit, quare Ven. DOEDERLEIN Arabum usu l) inductus fuerit, ut יְהוָה גָּזִים verteret, *addictas sibi reddet nationes* m). Intelligitur denique, quomodo Alexandrini inter-

detur Job. XXII, 9. opes *pillorum dissipate sunt.*

i) Unde per metaphoram Je-  
rem. XLIV, 10. non לֹא רָכָא resiliunt de his dicunt, qui a proposito non desisterunt, uti Prov. XXII, 22. vertendum videtur: ne resili facias inopem in porta, (quasi allisum) i. e. ne committas ut a limine judicii rejiciatur & indicata causa remittatur.

k) Utram spectaverit VULG. incertum, vertens *adsparget*.

l) Quibus נָתַן in forma passiva est *addictus deditus fuit*, quoniam nimirum idem est, ac si di-

ceres, scissione, dissipatione facta in partes alicujus tractatus est. Vid. Obs. p. 2c.

m) Conjectura III. MICHAELIS מִלְּאָמָר legere jubentis (Orient. Biblioth. T. XIV. App. p 168.) exponentesque: *delicia erit gentium*, cui etiam adspiculatur KOPPIUS (Commentar. LOWTH. Tom IV. p. 65.) quam maxime obstat videtur, quod illa Arabica radix נָתַן *nafaha* tantum de locorum amoenitate usurpetur, & inde ad expatiationem traducatur, quod amœna loca in remotioribus a frequenter hominum locis, in qua-

prætes eadem verbi primigenia potestate induci potuerint, ut redderent: ἔτος Θαυμάζονται θεόν πολλὰ ἐπ' αὐτῷ. Scilicet non de attonita veneratione vel venerabunda admiratione hic cogitarunt, ad quam notionem, ægerreme exputaveris, quomodo Hebraicum קְרֵב trahere potuerint; sed eam formulæ Θαυμάζονται τοι την vim secuti sunt, quam supra Obs. I. ad v. 14. adstruximus, ita quidem ut sententia esset vel hæc: fiet, ut ancipites hereant gentes, an ejus se partibus adjungere, an ab iis resiliere debeant. Hæc si interpretis istius Græci mens fuit, coincidere ipsi visa esset hujus formulæ sententia cum illa שְׁמֹמֶה עַל־, atque adeo ἀποδοτων prioris membris v. 14. hic demum agnovisset, bina membra interjecta pro parenthesi habuisset, particulæ ἔτος ante δέσμουs intendendi vim tribuisset, eam quam habent Latinæ: tanto-pere, adeo. Alium tamen reticere non debeo idearum flexum, quo istuc delabi potuit Alexandrinus. Poterat is, uti jam supra innuimus, קְרֵב possum existimare per syncopen pro קְרֵב (vid. SCHROEDER. Gramm. Hebr. p. 101.) radicum autem מִנְ & עַנְ origo, cum in fervendo, exæstuando sita sit, exæstutatio autem, quæ de multitudine dicitur, turbidum ejus concursum & inquietum confluxum Orientalibus designet, קְרֵב quin de hoc ad servum Dei vel propter eum confluxu intelligere potuerit, dubitabile non erit. Hic si fuit

adeo seceditur, reperi solent. In ea autem Conj. quæ Hebr. *Hiphil* respondet, transitive potestas: *secedere fecit*, *longius removit*, dominari videtur. Neque idcirco Dederleinianam rationem evertit dubium quod idem Vir. III. movet ibid. illam Arabicam radicem quæ *addictum esse* significat *tertia Elif hamzato effert*: illa enim quæ *tertiam Elif non hamzatum habet* vicarium τῆς je in forma passiva

eandem vim habet. Non igitur, quod timidius profitetur Ven. DOERLEIN, a rariore Arabum usu ducta est hæc interpretatio, sed a primigenia notione tribus cognatis radicibus hærente. Cum itaque adscita etiam Michaëlisiana conjectura ad similem sententia vim revolvamus, præstiterit Masoreticam lectionem retinere, quæ etiam נְלָעַ ad verbum trahendi copiam relinquunt integrum.

interpretis nostri obtutus, poterat quoque legisse פְּנַסְׁתָּרְנָה pro  
גְּנֹבָה & hoc, suffragante syntaxi Ebraea positum credere pro  
גְּנֹבָה. (Vid. SCHROEDER. Gramm. Hebr. p. 361. seq.) hac  
autem in hypothesi posteriori עֲתָא ipsi fuisse particulam עֲתָא  
מִשְׁׂרָא adversativæ inservientem, vel me non monente intelli-  
gitur. Sicut illi (רְבִים) infurixerunt aduersus eum, ita con-  
tra gentes confluent ad eum.

גְּנוּם רְבִים. Consentunt antiqui interpretes in his voci-  
bus de multitudine gentium intelligendis. At quemadmodum  
הַרְבָּה est terra ampla *Psl. LXXVIII*, 25. CX, 6. ita  
הַרְבָּה sunt populi potentiores, sapientiores. *Psl. LXXXIX*,  
52. (nisi forte ibi possum sit pro בעמִים, integraque  
sententia: omnes magnates s. sapientes inter populos) quin  
etiam gentes longe diffitas ista phrasē signari posse probabile  
fit ex *Psl. XCIV*. ubi אֵין רְבָם cum Ven. KNAPPIO lon-  
ginquorum orarum accolas intelligo, & ex *Psl. CXX*, 6.  
ubi רְבָת cum ellipsi præfixi ב capio & verto: in longinqua  
regione (scil. Kedar. cf. v. 5.) habitō solus, solitarius, (לה  
עֲדָת' אֲדָתָה cf. *Cantic. II*, 22. & *Jac. II*, 27.) ego (נִשְׁׂא):  
quæ interpretatio magis etiam confirmaretur, si cum LXX.  
præcedens versus membrum prius adscita lectione קָלָשׁ pro  
קָלָשׁ vertendum esset: וְיָצַרְתָּ לְךָ כָּלֶשׁ. At omnem  
hanc homonymiam desuper habent Alexandrini in quocon-  
que contextu πόλεις & πόλεις propinantes promiscue; ignorata-  
tam autem ab iis non fuisse, superius dicta evincunt. Nostro  
autem loco Prophetam in multitudinis cogitatione vel sola  
vel præcipue fuisse tum forte exploratius esset habendum, si  
rata esset, quæ congruerat ad illam priorem v. 14, hic sumi  
posset, nova ad mutatum Abramis nomen allusio, quod per  
אָבָה הַמִּן גְּנוּם *Genes. XVII*, 5. exponitur, pater turbæ gen-  
tium & gentilium ex effluantum n). Sic qui per excellentiam  
Mosaica legatione functurus dicebatur, nunc, ampliato im-

n) i. e. concurrentum ut in re *I Reg. I*, 41. & redeatur hic in  
nova aut lata cf. *Ezij. XXII*, 2. memoriam dictorum ad פְּנַסְׁתָּרְנָה.

mensum ministerio, Abrahami personam diceretur gesturus  
fuscienda Doctoris & sacerdotis gentium amplissima pro-  
vincia. Ad doctoris enim primarii notionem Hebr. **בְּאַבָּ**  
trahat *et Reg. II, 22. VI, 21.* connotatio sacerdotis pellucet  
*Jud. XVII, 10. cf. et Sam. X, 12. Hebr. XII, 9. Matth.*  
*XXIII, 9.* Attamen vel sic **רַבִּים נֶוּם** a sejungere integrum  
esset futurum. Sed de omni iste ad Abrahamum respectu in-  
fra ad LIII. 10. sqq. latius disputandi locus erit.

**נֶוּם.** Hoc vocabulum ab Alexandrinis ad præcedens mem-  
brum tractum & ad **נֶוּם** relatum modo vidimus. Quorsum  
spectare voluerit Chaldaeus suum **עֲלֹהָה**, in anticipi est, ob  
latius patentem in Chaldaica æque ac Hebræa dialecto parti-  
culæ **עַל** homonymiam. Chaldaeus eo uti significatu præposi-  
tionis *cum BUXTORFIUS* docet; poterat igitur Paraphrastes  
*vel* suffixo ad Israëlem relato Prophetam de Messia cum Is-  
raëlitico populo gentes dispersuro intelligere, *vel* suffixo ad  
Messiam respiciente, ejus ipsius duetu & auspiciis id even-  
turum esse ex mente vaticinii existimavit. Sic enim & He-  
bræi usurpant, ut persona in particula **עַל** regimine consti-  
tuta ducem, judicem vel rectorem designet, cuius in obse-  
quio alii sunt. Cf. *Num. II, 2. III, 4. et Paral. XXV, 3.*  
*et Paral. XIX, 10. et Reg. XXII, 8.* similis est apud Gracos  
vis præpositionis *בְּ* cum dandi casu constructæ. SYRUS le-  
gisse videtur *וְעַלְוָה* vel forsan, quod a consuetudine Hebraica  
alienam aut ambiguam duceret structuram eam, que  
**עַלְוָה** sententiae subjecto & attributo absque copula præponeret, de  
suo illam attexuit. Mihi certe ejusmodi structuræ exemplum  
necdum innotuit; quo magis fert animus vel vocem hanc  
præcedenti membro contribuere, vel eam inde simul cum  
voce **יְקַפֵּצְ פָּרוּם** pro communi utrius-  
que subjecti prædicato capere, ut integræ periochæ in sua in-  
cisa disjectæ, hæc emergat facies:

**כִּי זֹה נֶוּם**  
**רַבִּים עַלְוָה (יְקַפֵּצְ פָּרוּם)**  
**מֶלֶכִים (עַלְוָה) יְקַפֵּצְ פָּרוּם**

Qui parallelismi Poëtici leges & formas perspectas habet, ei  
confimilis structuræ exempla quærenti occurrit; cf. saltem  
*Ps. XCII*, 20. 24.

**וְקַצְבָּן**. Duo Codd. Kennic. qui **וְקַצְבָּן** exhibent, iidem  
si & פְּדוּמָה omitterent, quod facit Kennic. 30. & יְנִזְבָּן quod fa-  
cit Cod. ejusd. 116. tum vero limpide sic defueret oratio:  
proceres adyerſus eum frement; reges non relata ipsiſ aut-  
dient &c. Haberet certe verbum קַצְבָּן o), quod in παραλλήλις  
ad τὴν præc. membra congrueret, & integra sententia aptius  
*Psalmo secundo* recinaret, qui hujus partis oraculi Esajani  
fundus esse videtur. Nec defunt similia verborum קַצְבָּן &  
יְנִזְבָּן in antiquis codd. permutatorum exempla; sic *Job. XXIV*,  
24. SYRUS quod in Hebreo est וְקַצְבָּן, vertit ac si legisset,  
וְקַצְבָּן, qui ad iram concitant. Neque tamen laboret paral-  
lelismi concinnitas, si quis utrumque verbum וְקַצְבָּן &  
וְקַצְבָּן in textu olim & proxime quidem junctum fuisse suspicetur,  
membrorum habitu hoc: magnates contra cum ira efferve-  
scunt; obturabunt autem reges ora. At cum paucis iisque  
exiguae auctoritatis testibus ista se tueatur lectio, superius  
proposita series firmiori adhuc talo subnixa videbitur.

In medio jam relinquamus, an, quod codicum Alexan-  
drinæ versionis margines & ex illis Complutensis editio ex-  
hibet συνάγεται eo fuerit comparatum, ut paranomastæ He-  
braicæ acumen Graece reddatur, expressa simul verbi וְקַצְבָּן  
vi, cum συνάγεται εἰς χέρας sit manus conserere, & HOMERUS  
συνάγεται νομίνων & ἄγεια sit conserere, committere pugnam, quin  
& συνάγεται ad instar τῆς οὐαγῆς absolute & intransitive significare  
possit confluere, collatitias opes jungere; an igitur locus  
*Act. IV*, 27. sic luculentiorem habeat ad Esjanas v. 15.  
sententias respectum, sitque propterea ibidem συνάγεται de-  
finite magis reddendum: hostiles impetus junxerunt? Etel-

o) Cujus propria vis in crepitu & ad astuantium undarum fire-  
rerum disruptarum, ardentiū pitum transfit, qua vis pellucet  
vel effervescentium sita est, unde *Esaj. LIV*, 9.

nam vix futurum esset unde revinceres eum, qui ab isto sive interprete sive glossatore συρίζειν positum esse contendet significatu eo quo συράειν τὰς ἰδέας est contrahere supercilia, συνίγειν τὸ πρόσωπον vultum ad severitatē componere, illique adeo phrasin Hebræam signate magis oris iracundam compressionem, non venerabundum submissumve silentium, notare visam esse. Quippe & Chaldae ab ista compressione vel contractione נִתְמַנֵּה nutum denominant & Rabbinis ipsum verbum de adnuendo vel innuendo, quod labiorum maxime motitatione fit, familiare.

**רָקֶב אֲבוֹ פָּרוּם**. Collectivum hoc singulare omnes antiqui interpres retinueru præter Arabem, qui reddit ora sua. Formula פָּרָקָד legitur Job. V, 16. & Ps. CVII, 42. de inverecundo & protervo ore occluso & ad silentium compulso. LXX. alias reddunt per ἐμφάνισται & per συστήσειν. Disparata toto genere, ab hac stringendi notione prima specie videtur quam hoc verbum in Piel exerit subsiliendi potestas, סְלָמֵדָא apud LXX. Cantic. II, 8. Felicissime in concordiam cum primigenia vi eam ire jussit KUYPERS ad Ali ben Abi Taleb carm. p. 161. ubi de dorcade dicitur, quæ faltui fese parat pedesque ad ventrem substringit veluti, ut eo majori nisu fese proripiatur. Unde alio flexu, & ob concinentem cum Arabico usu Chaldaicum, ursus composito in circuli formam corpore & introrsum subfrictis capite pedibusque, sive in plano se volutans, sive deorsum se præcipitans, Rabbinis רָקָב vocatur. Hinc Job. XXIV, 24. expono: Tollite vos (recedite) pauxillum & non erunt, enim yero strati sunt humi, subultibus cylindri (sphærae) ritu deorsum præcipitati, & sicut cataracta (declivis extremitas שָׁבֵת vid. Num. XIV, 40. 44. (rapidi fluminis) שְׁבָרָת LXX. וְלֹא יָגַע Ps. LXIX, 26) præsecantur, i. e. abrupto casu dejiciuntur. cf. Ps. CXVIII. p). Hinc Levit. XI, 27. שְׁבָרָת

**חַמְכָו** ex usu Syriaco ex- similitudinem parallelam, & Poë- plico & בְּכָל cum per contextum, tice comparationis leges aliquid in

**לְנַחַר עַל הָאָרֶץ** ad subsiliendum cum vibramine supra terram. TARGUM reddit רַקְפֵּצָן enim de nervo arcus post intensionem cum vibramine laxato dicitur. Hos usus qui rite trutinaverit, intelliget, opinor, radicis קְפֵּחַ potestatem ea omnia pervagari, qua intenduntur, comprimuntur, substringuntur, ut elasticam vim eo majori cum impetu explacent, atque inde קְפֵּחַ פָּה dici ex potiore proprietate de eo qui labia comprimit, magis exinde diducenda, formulamque sic pingendo empæctæ gestui esse aptam. At non minus liquet, fundamento philologico non omni cariturum esse, si quis forte suspicetur, cum פָּה etiam aciem vel cuspidem sive gladiorum sive jaculatorum saepissime denotet, commatis nostri hunc esse sensum: contorquebunt (in ipsum) spicula sua; sive jam universe Propheta inimicas regum machinationes in animo habuerit, sive eorum fannas sive edicta (per quandam πλογίαν, cum passim de iis vox οὐδε usurpetur; cf. Genes. XLIV, 21. Exod. XVII, 1. Num. IV, 37. 45. Eccl. VIII, 2.) designaverit. Breviori sic ſidearum circumductione Simeonis de πομφαῖς B. virginem transfixura effatum Esajanis sententiis congrueret; & in crudeli Herodis edicto Bethleemiticis puernis fatali fatidica ejus vis cerneretur.

אשר לא-ספר לדם רוא. Diversimode haec verba construunt antiqui interpretes. CHALD. & SYR. reges verbi subiectum constituant, vertentes: quod non narratum fuerat iis viderunt. LXX. autem cum VULGATO & ARABE verbo pro subjecto subfertunt, hos ipsos quibus nil narratum erat, adduntque ad farciendam sententiam de eo. ARABS insuper verba utrumque membrum claudentia in futuro effert cum suffixo: videbunt eum, intelligent eum. Neutri interpretationi syntaxis Hebreæ reclamat: vincit igitur illa, cui contextus maxime succenturiatur. Si superiora membra in abalienatis

sensus incurrens denotare debeat, rotunditate nomen impertivit de vox ipsa ambitum significans & a circulo, (Reif) cylindro vel sphera radice descendens, qua corona a intelligere, nullus equidem dubito.

a servo Dei magnatum studiis prænunciandis tota funt, probabilius a vate his duobus incisis istius invidiæ ratio redditur haec, quod homines infimi loci & inculti tanti Reformatoris facrorum præconium sibi arrogant. Sin autem de adjungendis Messiae regno gentibus insignioribus regumque veneratione præcedentia membra loquuntur, tum vero potior erit CHALDÆI & SYRI ratio.

---

### A D D E N D A.

p. 5. lin. 4. Nomen אָבָרְם πατήρ μετώπος exponit PHILo & de Astronomica & Physiologica scientia intelligit. Eum sequitur CLEMENS ALEXANDRINUS Strom. L. V. p. 648. ed. POTTER.

p. 6. Verbum οὐρανός notionem *instituendi*, *religionis disciplina imbuendi* vel inde potuit adsciscere, quod Hebræi עֲשֵׂה simili sensu adhibent. Vid. Ps. C, 3. Esaj. XLIV. 2 coll. 5. & 7. Si quis tamē malit ita vertere: antiquissimas religiones potestates, i. e. religionum antistites (parili modo ac Latini *magistratus* voce abstracte & concrete utuntur) creatas, i. e. in sua auctoritate constitutas esse ea fide, ejus fidei virtute & beneficio, qua creditur &c. mea id fieri pace.

p. 8. Ut demirentur eum) Lat. Interpr. poterat & forsitan debebat: *sicut multi deerrarunt ab eo.* Enimvero verbum חַמָּה quo hic utitur Syrus ἐν παραλλήλῳ recinit nostro שם Jerem. IV, 19. ubi AQUILA vertit ἀφορετούσιν. Est autem utrumque verbum in parallelismo Synonymico cum prædicato præcedentis membra יְאָבָד לְבָכְרָה mente deerrarunt rex & principes cf. de hac vi rad. אָבָד I, 6. Deut. XXXII, 28. coll. Matth. X, 6. 2 Cor. IV, 3. Rom. XIV, 15. ὃν ἀπέδωκε εἰτ: *noli in errorem*, conscientiam erroneam, in ambiguae sententiae labyrinthum inducere. Hinc cum Sírac. IV, 19. is qui a sapientia ἀπεισλαβεῖται ab illa dicatur tradi τις χῆρας πλάστεις αὐτῷ i. e. permitti ut dædaleis opinionum.

flexibus implicetur, vel in errores multifarios ruat, hunc etiam vocabuli πλόνιος usum, qui cum ἀστοσθάνος manifeste coincidit, respicere potuit Simeon, cum diceret: ἔτος καίτης οὐ πλόνιον ψευδῶς expressurus.

p. 9. *Zelo corripi adversus*) sic ἀγάω Græcis esse: stupeo & invideo HENR. STEPH. exemplis probavit.

p. 9. lin. 2. *ad ironiam trahere*) Job. XXI, 5. incertus Græc. int. vertit θάμνος σχέτει intra labia ridete; proprie: derisionem, admirationem rei ridiculæ cohibete: sequitur enim: manum ori imponite, ut risum scilicet cohibere possitis, & præcedit v. 3. τὸν λαζαρόν subsannet aliquis. Job. XLI, 1. ubi verti debebat: *num etiam ad conspectum ejus subsannetur* LXX adīta lectione τὸν προτότοκον reddunt: εἰδέ ἐπει τοῖς λαγομένοις τεθύνουσας; quod pro μαρτιῷ legerent ἀμρών, notionem tamen hanc verbi θεωράσσεν probant.

Abstinuit) in dialectis Chaldaea & Syra ad quas efficta fuit Servatoris & discipulorum vernacula הוֹא & הַרְחֵב de admiratione & stupore perinde ac de secessu in penetrale, nec non de abstinenti proposito & hinc de paenitentia & retractatione sententiae usurpatur. Græcum itaque vocabulum, quod non absone ab ista origine ductum ob soni viciniam videri poterat, utrique notioni ubi aptant, morem sequuntur, cuius alibi quoque extant vestigia non obscura.

p. 10. *Insurrectionem*) Hebrei יְמִם frequentissime de hostium insurrectione dicunt, & Threm. III, 63. קִמְרָן LXX. ἀνάστασις est vel infinit. foem. vel nomen hac definita potestate preditum. cf. Zephān. III, 8. Audiendos tamen putarim & hos si qui malint ἀνάστασιν Hebr. XI. eo sensu sumere, quo denotat revolutionem, instaurationem rei publicae collapse. Sic ἀνάστασις idem fere esset ac ἀπονεμάσσεσθαι reformatio Act. III, 21. Sic sequenti membro: ἡνακριτονος ἀναστάσεως τύχων nihil ad concinnitatem deesset, alias per ἀπανάληψιν exponendo: ut præstantioris reformationis (in immortali vita) potiantur felicitate.

p. 13. ἀδεξία). LXX. non de formæ externæ de honestatis sed de ignobilitate seu imminuta existimatione servi Dei tanquam doctoris cogitasse, inde mihi probable fit, quod ἀδεξίας, quemadmodum apud EURIPIDEM in *Hecuba* v. 294. opponuntur τοῖς δοκτοῖς, sic etiam, cum τοῖς δοκεντεσ Gal. II, 2. 6. sint doctores præcipua auctoritate conspicui, ἀδεξία illæ dicitur proprie qui vel auctoritate parum pollet vel famæ est obscurioris. Præterea εἶδος, quamquam apud LXX. sepiissime formam externam Hebr. תְּהִרָּא exprimit, tamen haud minus frequenter ibi adhibetur ubi Hebr. de *visione* est intelligendum. vid. Exod. XXIV, 17. Num. VIII, 5. cf. Sirac. XLIII, 1. εἶδος ὡραῖος ἐν ὁράματι δέξεως. Atque hinc opinabile est interpretari hunc secundæ personæ pronomen vocibus εἶδος & εὑρίξα junctum ad Jehovam retulisse, hoc sensu: tuæ visiones & coelestes apparitiones tuæ σόζεις תְּהִרָּא vilipendentur &c.

p. 13. מַחְיָה. Alium hic liceat proponere Chaldaei Paraphraſtæ intellectum, in quem accuratiō me deduxit meditatione. Quippe existimo 1) vocem עַלְקָה non omnino ab ipso esse prætermissam, sed ita expressam, ut vocandi casu posito indicaret sermonem ad populum dirigi. 2) Verbum סְכֻר non *expedīandi* sed altera illa *opinandi* potestate hic polle. 3) non ex ipsius ingenio esse infartum sed junctum cum esse doctores vel *judices magnos, primarios*, & exprimere Hebraicum רְבִים Job. XXXVIII, 12. דְּמִינֵּיךְ num tuis nutibus, (præceptis) illustrasti (prodire jussisti) auroram? Est enim Arabibus *nuere, nuendo* præcipere נְמִין nutus. Hinc præceptoris & magistratus αὐτο-*πρετοῖος* & αὐτοῖς notio sponte subnata & Dan. VII, 9. liquido exserta. וְעַתְּךָ יוֹמָן וְתָבֵךְ & senior judicūm consedit cf. Talmudistarum formula de majoris famæ Rabbinis usitata: בָּרְ יְמִיה filius nutuum suorum, qui magnos sequitur doctores ap. BUXTORF. Lex. pag. 941. Hinc ἀνθρώποις οὐδεὶς 1 Cor. IV, 3. Synagogæ doctor præcipius quispiam.

Hinc Joh. VIII, 56. dictum Christi de Abrabrahamo gavis, quod (ita explico ἵνα) diem suum videre illi contigerit, faciles habeat explicatus, si sumere hic liceat, quod infra probabile reddere conabimur, Cap. LIII, 10. benignas Jehovæ voces ad Abrahamum filii immolationi accinctum missas in Messiam transferri, & v. 11. Messiam Melchisedeci nomine Χριστόν designari, in eadem ratione ad religionis antistites omnes futurum qua Salemi rex ad Abrahamum, hunc itaque Jesum tecū dicere τὸν ἡμέραν magnum religionis (antiquissimæ) antistitem τὸν ἐμὸν a me constitutum, mea auctoritate suo munere functum, vel, si quis malit: ἢ εἰμι ἡώ qui me in typo fistebat: cui Theologie Propheticæ a Jesu etiam Matth. XXII, 42. sqq. inculcate hypothesi consequens foret, defensionem ejusdem effati v. 58. πρὸν Ἀρεβαὶ γενέθλια ἦρώ εἰμι sic intelligere, ut suam doctrinam, seque adeo, Abrahamicā religione longe esse antiquorem pertendant, cuius rei vel id argumento esse possit, quod diu antequam Abrahamus in Palæstina sedem figeret, vel etiam nasceretur, Melchisedecus religionis, templo & ceremoniis carentis, formam præiverit, Deo typicas rationes, sic adornante, ut, qui Abrahāmagister & sacerdos esset, nulla Genealogia innotesceret, aeternique adeo λόγοι imaginem usquequaque referret. Prope absum quin hanc vocis potestatem & Luc. XVII, 22. agnoscam. Habent enim verba: ἐκένονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσει μιαν τῶν ἡμέρων τὰ ὑπὲρ τὴν ἀνθεών idēn καὶ τὸν ὄντες, nisi univerfam scenam & colloquiū tenorem mirifice conturbare velimus, continuatum ad Phariseos sermonem, & εἴστε δὲ πρὸς τὰ μαθήματα, πραγμάτην ὡς monet, præcedentia: οὐ βασιλείᾳ τῷ Θεῷ ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν vultu & oratione ad discipulos conversa a Jesu dicta fuisse: Messianæ religionis & regni plenius manifestandi vos duces eritis; vel: vestri animi latentia adhuc femina gerunt; atque jam fore prænunciata ut Pharisei alios Messiacæ legatos avide circumspiciant, ipsisque alius hic alibi dicat esse scil. μιαν τῶν ἡμέρων, quod certe nou nisi in personas conve-

nit. En igitur juxta has posteriores cogitationes Paraphraſte nostri textum & versionem : **כִּכְאַ רָסְבָּרְיָה בֵּית וּשְׂאָל יוֹמִין**  
**סְגִיאָן רְחוֹן חֶשֶׁק בְּנֵי עַמְּפִיא הַוּחָן וְיוֹחָן מִבְּנֵי אֲשָׁרָא**  
 Sicut opinabuntur (pugnantibus opinonibus prohibebunt) eum (de eo) o domus Israël! doctores primarii, quod sit obscurissimus inter populos terra (nulla ipsis fama innotuerit) quorum visiones & splendor (sapientia vid. BUXTORF. v. ۱۱ vel oracula vid. KUYPERS Ali ben Abi Taleb p. 110. ubi notetur formula **וְאַלְשָׁנוּ וְאַלְשָׁנוּ** Oraculorum editor) sunt a filiis hominum.

p. 16. *Luc. XI, 30.*) Sic ὡραῖον ἐξ ἔργων posset esse Propheta qui aliquandiu visibili raptu sublatus oracula divina deferat ipse in terram redux, regnoque divino novam faciem sua ipsius spectabili opera inducat. Talem se vero Servator proceribus populi se exhibitorum negat, *Jonas* contra similorem futurum, qui postquam per triduum saltē publico conspicui eruptus erat, ministeri sui summam fecit hanc, ut Ninevitas ad emendatę mentis initia perduceret, relicto aliis illustriora augmenta procurandi negotio. Similiter Christus plenam lucem terris inferri Spiritus sui visibilibus auspiciis, Ipse invisibilis, curavit per Apostolos. cf. omnino *Sirac. XLII, 18.* ubi: ἐν οὐρανοῖς οὐρανοῖς αἰώνος introspicit (Deus) antiquę (i. e. exquisitę) scientię doctorem primarium.

p. 23. Chaldaeus bis legisse videtur וַיַּפְצֹחַ וְתִרְתִּיבְנָה enim: super ipso tranquillabuntur reges, admovebunt manum ori suo.



Fd 5611

ULB Halle

002 715 18X

3



PA 30C

VD 17

NC



B.I.G.  
Black



Q. D. B. V.

# OBSERVATIONES CRITICÆ

AD

## ORACULUM ESAIJANUM

Cap. LII. 13 – LIII. fin.

EX ANTIQUIS MAXIME VERSIONIBUS.

PORTIONEM PRIMAM

AUSPICIIS DIVINIS

PRÆSIDE

## PHILIPPO JACOBO MÜLLER

THEOL. PROF. PUBL. ORD. CAP. THOM. CANON.

AD. D. XXV. SEPTEMBRIS MDCCCLXXXII.

SOLENNITER DEFENDET

H. L. Q. C.

## JOHANNES HENRICUS BIERLE

ARGENTORATENSIS.

ARGENTORATI

Type Joh. Henrici Heitzii, Universitatis Typographi.

